UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

VI. An Religiosi exempti suos dimittere possint ad Episcopum non Diœcesanum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

duntaxat, quatenus Epiſcopo Diœc ſano præſentant Regulares ſibi ſubdi ordinandos; vel à Diœceſano non o dinaturo pro ea vice, examinatos & a probatos, ad alium Epiſcopum com munionem Apoſtolicæ ſedis habente dimittunt.

III. Minimè tamen id facere poſſu cum ſæcularibus ſibi ſubjectis S. C Trid. *ſeſ. 23. ref. c. 10.* quorum ordi tio ad Epiſcopos Diœceſanos pertin concedentes autem Dimiſſorias con formam Decreti, ab officio & benefic per annum ſunt ipſo Jure ſuſpenſi.

CAPUT VI.

An Religioſi exempti ſuos di mittere poſſint ad Epiſcopum non-Diœceſanum?

112. *Fraudes Regularium contra Diœceſan Epiſcopos improbatæ.*

113. *Quando liceat Superioribus Religion mittere Religioſos ad alios ordinatores?*

114. *Quid in hac re dicendum de locis* nullius

112. Superiores exempti de induſtria differre non poſſunt conceſſionem Dimiſſoriarum in tempus, quo conſtat Epiſcopum Diœceſanum certò abfuturum eſſe, vel alia de cauſa non ordinaturum S. Congr. Conc. 15. *Maij.* 1596. de Mandato Clementis VIII.

113. Quod ſi verò Epiſcopus Diœceſanus vel ſecretò tantùm ordinet, nullis edictis, prout de Jure oportet c. *Quando. 5. diſt. 24.* expoſitis; vel conſueto ordinationis tempore, de quo *tot. tit. de temp. ordin.* abſit, ordinationemque nec per ſe, nec per alium habeat: licet illis concedere dimiſſorias ad quemcunque alium Epiſcopum ſive in provincia, ſive alibi ſubſiſtentem, expreſſâ cauſâ abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum.

114. Idem cum proportione dicendum eſt de locis *nullius*, id eſt, in nulla Diœceſi exiſtentibus cum vero & proprio territorio ſeparato, talium quippe

ſuperiores cùm ſuos ad viciniorem Epi-
ſcopum, qui dicitur illorum propriu[s]
quoad ordinationem, dimittere deb[e-]
ant, pari jure cenſentur.

Caput VII.

Quonam titulo Regulares ſin[t] ordinandi?

115. *Pœna ordinati ſinè titulo.*
116. *Speciale privilegium Ieſuitarum.*
117. *Cautela Epiſcoporum ordinantium.*

115. ORdinatus ſinè titulo benefic[ii]
aut menſæ, aut patrimonii
honeſtam ſuſtentationem Clerical[em]
ſufficientis, ipſo Jure pœnam ſuſpenſ[io-]
nis ab executione ordinis ſinè titulo ſ[u-]
ſcepti c. *Neminem* 1. & c. *Sanctorum*
diſt. 70. à S. C. Trid. *ſeſ.* 21. *c.* 2. inn[o-]
vatam incurrit, ùt B. Pius V. in conſt[i-]
tutione *Romanus Pontifex*, contra o[r-]
dinatos ſinè Titulo, magìs declarat,
quam proinde incidunt non ſolùm n[o-]
vitii, ſed etiam nulliter profeſſi cogn[i-]
ta[...]